

in Provincia S. Angeli quinque clericos, & laicum unum: dam tamen hæc, quæ sequuntur, in violacè observentur. Primum indicatur, & in singulis di-
 79 **ctarum** Provinciarum **Conventibus** publicetur futurum examen, seu scrutinium eorum, qui ad habitum probationis recipi postulaverint, omnesque à Provinciali, & Dissinitoribus diligenter examinentur, ac per vota secreta approbetur quotquot idonei reperti fuerint natalibus, atate, vita, & moribus antea fatis, litteratura respectu clericorum, corporis habitudine, impulsu spiritus, aliisque requisitis ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, ac statutorum Ordinis: non idonei verò reiciantur, nec aliquis approbetur pro clerico, qui decimum quintum, nec pro laico, qui vigesimum etatis suæ annum non expleverit. Tum deinde hoc examen, seu scrutinium scripto fideliter exaratum, & manu propria cuiusque examinantis sub scriptum, ac juramento firmatum, obli-
 80 **gnatumque** primo quoque tempore transmittatur ad Generalem, qui statim consultis, atque adhibitis Procuratore generali, ac Patribus gravioribus, qui ei assistant, scrutinium sic receptum accurate percurrat, ac per singulas partes expendat, ac præterea tam per supradictos, quam per litteras familiares, & sacras inquisitiones, à Patribus provinciarum antiquioribus, ac zelum Dei habentibus allumendas sedulo investiget num adversus examinatos & approbatos inventiatur aliqua exceptio, anve ipsorum quilibet sit consanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquo modo additus alicui examinatori, aut alteri ex fratribus Ordinis, & an zelo perfectioris vitæ, & Deo liberius in sancta Religione serviendi, an potius levitate aut necessitate, vel alio sine inordinato ductu postuler admitti, utique peractis, cum aliis supradictis intra numerum novitiorum pro clericis, & laicis in illa Provincia, ut supra concessum, præligat meliores, habita præsertim ratione indolis, morum, fervoris spiritus, acumine ingenii, & conditionis naturalium: moxque prælectorum nomina mittat ad Provinciales, qui tunc demum, & non prius eisdem prælectos ad habitum probationis suscipiat & anno elapso, si eos habiles invenerit, ad professionem admittat, sub exacta tamen vita communi ad præscriptum regulæ non obliâ, & quavis laxiori consuetudine, seu potius corruptela in contrarium interducta, servataque forma sacrorum Canonum, Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, ac præcipue Decretorum san. mè. Clementis Papæ VIII. nec non statutorum prædicti Ordinis. Quod si aliquem ex dictis novitiis ante professionem à religione discedere, aut expelli contigerit, alius in ejus locum subrogari possit, dummodo tamen in omnibus servetur forma sumè per scripta. Sed & illud omnino cavandum erit, ne a volentibus ingredi religionem pro ipso ingressu, nec post susceptum habitum probationis pro admissione ad professionem, vel alio quocumque prætextu, excepto victu, & vestitu novitii illius temporis, quo in probatione est, ab ipso, vel ejus parentibus, aut propinquis, vel curatoribus aliquid accipiat sub pœnitæ per fac. Canones & Tridentinum Concilium statutis. Cæterum ut prædicti novitii possint in professorum numerum, ut præsertim recepti fuerint, melius in bono spiritu, regulæque disciplina observantia stabi-

liantur & confirmantur, statim post professionem emittam, si in Conventu pro novitiatu, ut supra assignato locus aderit secundi novitiatus, seu professorii ab ea, quæ novitiatum est, atque antiquorum professorum habitatione distinctus, & segregatus, ibi collocentur, si Conventus eos alere queat: sui minus, transferantur in alium Conventum ex designatis pro professorio, seu secundo novitiatu, ubi si locus cum requisitis ad novitiatum ipsum præscriptis reperitur, vel accommodetur, aut de novo construatur, ita tamen, ut si prædicta religio ex suarum Constitutionum, seu institutionum vigore majoris temporis cursu novos profectos intra novitiatum detinere consueverit, illis in hæc parte minime derogatum esse intelligatur; & nihilominus permittitur superioribus, ut id ipsum facere possint, si rationi ac religioni magis expedire judicaverint. In quo quidem professorio degant sub regulis, & modo vivendi adhuc strictiori, quam servant antiquiores profecti, ita ut nec in negotiis Conventus se intromittere, nec communibus tractationibus interesse, neque aliter exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneant quousque ad ætatem sacris Ordinibus suscipiendis sufficientem pervenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiã tempore poterunt, quinimo & debent litterarum studijs operam navare sub directione, & regimine superioris, qui eas qualitates habeat, quibus novitiorum magistrum prædicitum esse oportet, quemadmodum ipsius Clementis Decreto provide fancitum est. Porro in Conventibus tam pro primo, quam pro secundo novitiatu, ut præmittitur, assignatis, nec superior, nec novitiorum magister, nec familia religioforum constitutur vel amoveatur, nisi ab ipso nec Generali, consultis Procuratore generali, ac patribus gravioribus ei assistentibus, nec non Provincialibus, ac Dissinitoribus, neque in eis collocentur nisi religiose graves, devoti, exemplares, & regulæ observantia, ac puritatis regulæ studiosi: præcipue verò caveatur, ne ibi ponatur aliquis, qui non consentiat servare vitam communem, quæ in prædictis Conventibus ad regulæ præscriptum exactè observetur, indeque amoveatur qui tam sanctæ ordinationi contradicere, aut quoquo modo se opponere ausi fuerint. Ad extremum postquam novitii in professorum numerum, ut supra cooperati fuerint, superiores regulares, ad quos pertinet, illicòs. Congregationem edoceant supradicta omnia, & singula fuisse ad unguem adimpleta, & executioni mandata; alioquin pœnas in memoratis Decretis Clement. VIII. sèl. rec. statutas se subituros, ac novas licentias recipiendi Novitiis nequaquam fore imperaturos certò sciant. Non obstantibus quoad præmissa omnia, & singula Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, nec non prædicti Ordinis statutis, consuetudinibus, & privilegiis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ die 7. Novembris 1654.

B. Card. Spada.

Loco † Sigilli.

P. Fagnanus S. Congr. Secr.

His hucusque peractis Innocentius sicut Dominico placuit viam unitæ carnis ingressus est Romæ die 7. Januarii 1655.

NE CLERICI, VEL MONACHI.

Cap. Sicut te.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici in sacris compellendi sunt per beneficiorum subtractionem, ut desistant à Tabellionatus exercitio.
- 2 Veneti olim non habebant usum tabellionum, sed Presbyteri consuebant instrumenta.
- 3 Hodie secus.
- 4 Tabellionatus officium non potest Clericis interdici auctoritate laicali, sed ecclesiastica tantum, & n. 5.
- 6 Tabellio factus Clericus non perdit ipso facto tabellionatus officium.
- 7 Idem si fiat Religiosus, Decurio vel Advocatus.
- 8 Notarius ipso jure privatus officio non potest valide instrumenta conscribere.
- 9 Requiritur tamen declaratoria super falso.
- 10 Tabellionatus officium cur non liceat Clericis exercere, & n. seqq.
- 11 Tabellionatus exercitium est genus negotiationis, & n. 15. Clerici etiam in sacris, si egeant, possunt honestam negotiationem exercere, ac proinde etiam tabellionatus officio uti, ibid. & n. 23.
- 12 Juramentum fidelitatis prohibetur Clericis prestare laico, a quo nihil habet temporale.
- 13 Tabellio est servus publicus.
- 14 Notarius est vile officium.
- 15 Clerici vacare debent rei publica ecclesiastica, non mundana.
- 16 Notarius cum quis creatur, quæ debeat jurare, & n. seqq.
- 17 Notarius requiritur solet sub pena officii, ut instrumentum conscribat: quod si non fecerit, est perjurus.
- 18 Notarius tenetur abbreviatarum, seu matricem in suo cartulario ponere.
- 19 Juramenti forma à Clemente V. præscripta in creatione tabellionum, & n. 55.
- 20 Tabellionatus officium quibus Clericis interdicitur, & n. seqq. usque ad n. 33.
- 21 Quid in Clericis sacrorum ordinum beneficiatis.
- 22 Et quid in non beneficiatis & indigentibus. Et quid in Clericis minorum ordinum beneficia obtinentibus, n. 26. Et quid si beneficiati non habeant, sed patrimonium sufficiens, n. 27. & seqq. Et quid si egeant, n. 28.
- 24 Tabellionatus officium an prohibeatur Clericis causative, quatenus velint beneficia retinere, an verò præcisè.
- 25 Argumentum à contrario sensu aliquando vacat, & n. 29.
- 28 Clericis habentibus unde vivant sive ex beneficio, sive ex patrimonio, negotiari non licet.
- 30 Tabellionatus officium Regularibus exercere non licet, nisi in causa hæresis, & n. 61.
- 31 Privilegium tamen Apostolicum super hoc Regularibus concessum nullo Tridentini decreto est revocatum.
- 32 Tabellio factus Clericus, vel Monachus potest veteres rogationes supplere & authenticare.
- 33 Instrumenta à Notariis Clericis conscripta an valeant, & n. seqq. usq. ad n. 42.

- 34 Et quid post interdictum notariatus officium, & numer. 37.
- 35 Officium cui interdicitur, & executio.
- 36 Interdictum Prætoris non debet esse elusivum.
- 37 Contractus iniuri cum profecti post iudicium interdictum non valent.
- 38 Gestæ ratione publici officii non tenent post interdictum superiorum, & n. 40.
- 39 Ignorantia allegari non potest ubi publica emanavit prohibitio.
- 41 Pœna appositio actui à jure prohibito non confirmat actum contra prohibitionem attentatum.
- 42 Notarii an possint creari ab Episcopo.
- 43 Notarii creati à Papa, vel Imperatore possunt officium exercere per totum orbem, & n. 45.
- 44 Princeps solus potest effecere ut creetur pœni mortua.
- 45 Notarii in suo regno, vel provincia creare possunt Reges & Principes non recognoscentes superiores.
- 47 Item Comes, Barones, & alii feudatarii in suis territorijs.
- 48 Item Universitas seu Magistratus.
- 49 Item quilibet Prælatus in terra sua jurisdictionis.
- 50 Notarii creati ab Episcopo in Regno Francia appellentur jurati.
- 51 Notarii creandi auctoritas Episcopo tributa extra diocesium non extenditur, & n. 54.
- 52 Notarii non possunt conscribere instrumenta extra territorium constituenti, nisi de licentia illius, ad cuius jurisdictionem declinant.
- 53 Conscribere tamen intera territorium faciunt ubique plenam fidem.
- 54 Notarius creare est actus voluntaria jurisdictionis, & in subditos exerceri potest etiam extra territorium.
- 55 Notarii creati ab Episcopo auctoritate Papa possunt officium exercere ubique terrarum.
- 56 Tabellionatus officium an Clericis exercere possint in causis Ecclesiasticis, seu spiritualibus coram Ecclesiastico iudice, & n. seqq. usque in fin.
- 57 Notarius laicus non potest in spiritualibus, & ecclesiasticis instrumentis conscribere. Contrarium n. 62. & seqq.
- 58 Notarius quandoque accipitur pro scriptore.
- 59 Servus non potest esse notarius.
- 60 Papa, vel Concilium admittendo Clericos ad tabellionatus exercendum, aut officium tribuendo, videtur eos habitare, & n. 68.
- 61 Tabellionatus officium in causa hæresis exercere possunt religiosi, & Clerici etiam in sacris, & beneficiatis.
- 63 Cancellarii, seu aſſarii Episcoporum ubique sunt laici.
- 64 Notarius quibuslibet minus idoneis, aut in officio delinquentibus Episcopi ad tempus, vel in perpetuum prohibere possunt ejus officii usum in spiritualibus, & Ecclesiasticis.
- 65 Laici ex Concilio Tridentino possunt esse Notarii in negotijs, litibus, & causis Ecclesiasticis ac spiritualibus.
- 66 Notarius Episcopus prohibere non potest exercendam officii usum in negotijs, & litibus prophanis coram iudice laico in terra Ecclesiæ.
- 67 Potest tamen quoad negotia, & lites locorum priorum à laicis administrarum.
- 68 Item quoad contractus personarum Ecclesiasticarum super earum bonis patrimonialibus.

SICUT TE. Breve est, sed per alia verba sic summari potest, secundum Abb. Clerici in sacris compellendi sunt per Beneficiorum subractionem, ut desistant a tabellionatus exercitio.

Nota primo hoc cap. contra Venetos secundum Joan. Andr. hic in princ. apud quos non est usus tabellionum, sed Presbyteri conficiunt instrumenta: quod & Hostien. advertit numer. 2. licet Petr. de Anchar. numer. 9. eos excuset, dicens hoc duplici de causa introductum. Primo, quia homines sunt Catholici & devoti erga Presbyteros in huiusmodi actibus, eisque maximam habent fidem, nec unquam reperta est falsitas in testamentis, & adis causarum. Secundo quia Ecclesia ibi communiter sunt pauperes, nihil habentes, nisi oblationes, & illas exigunt: quam rationem reddit & Cardinalis in princ. adjiciens aliam, nempe, quia Veneti non utuntur solemnitate legum, sed suis statutis. Sed certe ita erat illis temporibus, verum postea decreto Senatus tempore Principis Grisi Clericis interdictum est tabellionatus, & facultas conficiendi instrumenta. Unde his temporibus apud Venetos non est ecclesiastica persona que huiusmodi officia exerceat, ut est adnotatum in addit. onib. ad Cardin. ubi supra 2. in ver. Instrumenta. Licet hoc interdictum clericis fieri non potuerit auctoritate seculari, sed ecclesiastica tantum, ut patet hic, & in eo. quod leg. & not. in c. Ecclesia s. Mariae, supra de Constitut.

Secundo nota ibi, in sacris. Exercitium tabellionatus esse ab Episcopo interdicens clericis in sacris Ordinibus constitutis, ut hic est casus. An autem hoc vendicet sibi locum indifferenter in omnibus Clericis in sacris etiam non beneficiatis, & an in clericis minorum ordinum, plene dicam infra in 3. quest.

Tercio nota ibi, Interdictum. Tabellionem per promotionem ad Clericatum non perdere ipso facto tabellionatus officium, ut hic probatur singulariter secundum Abb. in r. notab. Nam si Clericus interdicens est exercitium tabellionatus: ergo per supervenientiam clericatus illud non perdidit, sicut in habitu: alioquin frustra illis fieret interdictio. arg. l. Decem ff. de verb. obligat. & cap. Ad litivendum, infra de sponsat. impher.

Et idem dicendum secundum Abb. numer. 2. in tabellionibus, qui religionem professi sunt: non enim propterea amittunt officium, licet prohibeantur illud exercere, nisi in causa heresis, ut in cap. de officio. s. Ad conscribenda de heret. lib. 6. Et est simile in tabellionibus, qui effecti sunt Decuriones: vel Advocati: nam per supervenientiam dignitatis officium non perdunt, licet ab illius exercitio debeant temperare, ut l. Universi, C. de Decurion. lib. 10. Verum tamen Mediolani indifferenter Advocati illud exercent, ut ibi notat gloss. in fin. & pro opinione Abbatis adduci possunt Hostien. Joan. Andr. & alii plures infra citandi numer. 36. qui tenent instrumenta confecta a tabellione clerico etiam post interdictum esse valida.

Hi enim procul dubio sentunt, clericum non desinere esse tabellionem: alioquin non posset valide instrumenta conficere, si prioris desisset esse tabellio actu & habitu, ut l. Si aliquid, C. de suscepto. & Ancharan. lib. 10. & notat Joan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de instrum. edit. s. Respat. in addit. incip. Sic signavit. & c. Feder. de Sen. conf. 74. Petrus

querela. numer. 3. vers. Et licet sic communiter. Alex. conf. 190. Plura narrata. numer. 34. lib. 6. Nili dixeris Notarium etiam privatum ipso iure Notarium officio, antequam per sententiam declararetur privatus, posse rogare instrumenta, & rogata valere ut notatur in Auth. de tabell. ad fin. & respondit Petr. de Anchar. in conf. 287. s. h. numer. 3. vers. Et licet qui ipso iure. Ad hoc cap. Cum secundum de heret. lib. 6. & Clement. final. Et quod ibi notatur, de cenf.

QUERO primo qua sit ratio cur Clericis non liceat tabellionatus officium exercere. Hostien. hic n. 1. & post eum Jo. Andr. n. 7. Butrius num. 6. vers. Rationem autem. & Cardin. n. 2. multiplicem reddunt rationem.

Prima ratio, quia vetendum esset, ne etiam in saeculis & crudelibus hoc officio uterentur, sicut innotuit in integra, relata ab Ant. August. in Collect. Decretal. lib. 3. tit. 18. cap. 1. Quae ratio militat non tantum in Clericis constitutis in sacris, de quibus loquitur haec littera; sed etiam in aliis omnibus, qui desiderant promoveri.

Secunda ratio, quia tabellionatus exercitium genus negotiationis est: qua ratione similiter considerata, haec prohibito extenditur ad clericos etiam in minoribus, dummodo beneficiis ecclesiasticis sustententur, nec egeant, ut cap. 1. de postul. alioquin si egerent, licitum esset negotiari, cap. 1. supra eod. ac proinde etiam tabellionatum exercere, secundum Jo. Andr. loco proxime citato.

Tertia ratio, quia cum tabellio ad complura iurejurando adstringatur, ut dicam in sequenti questione si usus officii multum frequenter, vix evitabit periculum perjuri: ad hoc cap. Quomodo, supra de iurejurat. Et haec ratio similiter complectitur omnes Clericos indistincte.

Quarta ratio, quae idem respicit omnes Clericos etiam non in sacris, quia & lex Imperialis praecipit universos Decuriones a tabellionatus officio temperare, ut l. Universi, C. de Decurion. lib. 10.

Quinta ratio, quia tabellio jurat fidelitatem ei, a quo constituitur, ut dicitur infra numer. 18. & 19. Quam quidem fidelitatem Clericus jurare prohibetur laico, a quo nihil tenet temporale, c. Nihil, supra de iurejurat.

Verum Petr. de Anchar. hic numer. 1. vers. Quarta glossa, dicit supra scriptas rationes Hostien. non multum urgere: & aliam reddit, videlicet, quia hoc officium est publicum auctoritate: Dicitur enim tabellio servus publicus, ut cap. 2. juncta gloss. in ver. Servo publico, de usur. lib. 6. l. Non aliter enim, ff. de adopt. l. 1. s. Exegerit: cum gloss. in ver. Servus ff. de Magistr. conven. huiusmodi autem ministeria sunt Clericis interdicta, ut cap. Sed nec, & cap. Clericus, supra eod. Similiter Abb. hic numer. 5. allimat rationes Hostien. necessariam non concludentes, & aliquas concludere indifferenter quoad omnes Clericos, & etiam laicos. Unde ipse rationem assignat, quia hoc officium est vile, & saeculare: quod probat Oldrad. conf. 75. Quis possit creare, numer. 2. Calder. conf. 2. Spiritus Notarius, vers. Sed hic non obstantibus, de fide instrument. plene Angelus conf. 284. Pramisso ad evidentiam, in princ. Clerici autem vacare debent Reip. Ecclesiasticae, & spirituali, non autem mundanae, cap. Reprehensibile, & cap. Convenio, 23. q. 8.

9. 8. & cap. Est, 20. q. 3. Placet secunda ratio Hostien. qua sepe coincidunt rationes Ancharan. & Abbatis: eamque veritatem dicit glossa hic post princ. vers. Vel verior est illa ratio, & simpliciter veram Cardinal. n. 2.

Secundo **Q**UERO cum quis constituitur tabellio, quae debeat jurare. Hostien. hic n. 4. & post eum Joan. Andr. n. 2. Henric. Boich. n. 3. Burr. eod. num. Cardin. n. 6. & Anchar. n. 8. dicunt tabellionem quando constituitur, seque jurare consuevit.

Primo, quod de his, quae videbit, & audiet, & requiritur fuerit, sine diminutione veritatis, & commixtione falsitatis conficiat instrumentum. Unde solet requiri tabellio sub poena officii sui, ut conficiat instrumentum requiriti: quod si non fecerit, perjurus videbitur: & sic ejus instrumentis de cetero fides non adhibebitur: arg. cap. Testimonium, supra, de testibus. Hanc autem requiritionem quilibet de populo facere potest, argum. l. 3. ff. de officio Praef. & cap. Relatum, si secundo, de testibus; & propterea tabellio dicitur servus publicus, & publica persona, ut etiam supra n. 13. Secundo, quod secreta sibi juncta celabit. Tercio, quod super utarario contractu, vel in fraudem usurarium inito scienter nullum conficiat instrumentum. Quarto, quod de omnibus instrumentis, quae redder, protocolla tenebit: quod hodie secundum Hostien. hic n. 5. sic est interpretandum de generali consuetudine approbata, & abbeviaturam in cartulario suo ponat. Quinto, quod fidelis erit illi, a quo constituitur, ut si sciet ejus damnum tractari, per se, vel nuntium quantumcunque poterit, revelabit. Sexto, quod illud officium sic sibi junctum cupiditate, amore, odio, & timore renovis, per omnia secundum bonam conscientiam fideliter exequetur.

Adde tu quod Clem. V. compluribus Archiepiscopis, & Episcopis, qui Viennam conveniant ad generale Concilium, concessit indultum creando Notarios, eisque praecipit formulam juramenti, quam habes tom. 3. Conciliorum, part. 2. pag. 780. col. 2. quae supra scripta formula Hostien. parum discrepat, & sepe concordat cum alia, quam ponit Specul. in tit. de instr. edit. s. Respat. n. 37. vers. Sed quare quod form.

Tercio **Q**UERO quibus Clericis interdicitur tabellionatus officium. Pro clarioi quationis solutione duo membra sunt distinguenda. Primum est de Clericis in sacris Ordinibus constitutis; secundum de Clericis Minorum Ordinum.

Circa primum si clericus in sacris habeat competens beneficium Ecclesiasticum, res est extradubium: quia in ipsis verificantur verba omnia huius Decretalis ibi, In sacris Ordinibus constitutus, & c. nec non ibi, Per beneficiorum subractionem, & locum habent rationes omnes ab Hostien. & Doctoribus, ut supra ponderatae in prima quatione. Unde proculdubio eis non licet tabellionatus officium exercere, & in hoc conveniunt omnes.

Sed si clericus in sacris Ordinum careant competentis beneficio, articulus est valde controversus. Ad primam negativam, quod non liceat eis hoc officium exercere, inducitur haec Decretalis, quae simpliciter loquitur de Clericis in sacris: nec videtur se restringere ad Beneficiatos respectu pro-

hibitionis, sed tantum respectu poenae, ita ut sit sensus, ut tabellionatus officium ab Episcopo interdicti debeat omnibus clericis sacrorum Ordinum indistincte; per subractionem vero beneficiorum non nisi beneficiis obtinentibus. Item rationes superius consideratae in prima quatione conveniunt clericis etiam non beneficiatis, excepta secunda. Item glossa hic post princ. vers. Vel verior, dicit officium hoc extraneum esse ab officio Clericorum, sicut in Ordine sacro, maxime si competentia beneficia habeant: sentit igitur glossa, hoc officium esse extraneum a Clericis sacrorum Ordinum, etiam non beneficiatis, cum dictio illa impropria, maxime, designet idem in casu contrario, cap. 1. de veniunt. gloss. in cap. Illud, in ver. Praesertim, de presumpt. & eodem modo loquitur Burr. hic n. 6. vers. Vel dicitur dicens illud esse tale officium Clericis in sacris, quia sapit genus negotiationis, maxime si habeant competens beneficium.

Sed in oppositum facit, quia hoc capitulum quamvis aperte non loquatur de Clericis Beneficiatis, tamen dum praecipit eis interdicti tabellionatus officium per subractionem beneficiorum, supponit eos esse beneficiatos: Ergo a contrario sensu si beneficiati non sint, nec interdictum, nec illius poena locum habebit. Et est ratio, quia clericus etiam in sacris si competens beneficium non habeat, non prohibetur honestam negotiationem exercere, ut cap. 1. supra eod. ergo nec eis debet interdicti tabellionatus officium: & ita hic firmat Hostien. n. 1. vers. Secunda ratio, & n. 8. in ver. Subractionem, Jo. Andr. n. 4. in eodem ver. & Abb. n. 8. vers. Mihi placet primum. Quinimo Hostien. & Joann. Andr. ubi supra, tenent hoc officium non prohiberi clericis sacrorum Ordinum praesertim, sed casualiter, si velint beneficium retinere, ita ut sit in optione ipsorum, vel officium exercere beneficium dimittendo, vel retinere beneficium a tabellionatu abstinento. Simile in cap. Quartus, de arat. & qualitat.

Sed hoc dictum non placet Abbati n. 8. vers. Sed secundum dictum: quia cum Clericus in sacris habeat unde vivat, non debet habere optionem dimittendi beneficium, vel tabellionatum, vel praesertim cogi debet vivere clericatiter, ex quo est in sacris, argum. cap. 1. & cap. Clericus, supra eod. Et ad hoc capitulum respondet, hic fuisse dictum de beneficiorum subractione in poenam clericorum, quia non videbatur verisimile, ut plures appetere tabellionatum, quam beneficium, sicut sufficiens unde non debet eis dari optio, argum. eorum, quae notantur in cap. Si diligenti, de foro compet. ubi est bonus textus in simili, secundum Abb.

Ego arbitror in hoc articulo non esse faciendam vim an Clericus in sacris habeat competens beneficium, sed tantummodo an habeat unde congrue possit sustentari sive ex beneficio, sive ex patrimonio: nam si postea comode vivere de bonis patrimonialibus, utique non liceret ei negotiari, ac proinde nec tabellionatus officium exercere, quod genus negotiationis est: & cum hoc procedat in clericis minorum Ordinum, ut probabitur infra in secundo membro, utique multo magis locum habet in clericis in sacris, arg. huius cap.

Non obstat haec Decretalis, quia fateor, clericis beneficium non obtinentibus non posse interdicti hoc officium per subractionem beneficiorum, po-

terit tamen interdici per alias penas, quæ à sacris Canonibus, & generalibus Conciliis adversus clericos negotiatores statuta sunt, ad hoc Concilium Tejd. cap. 1. §. 22.

26 Circa secundum, videlicet de Clericis minorum Ordinum, Innoc. hic ponderans verba textus, quæ præcipiunt tabellionatus officium interdici Clericis in sacris, arguendo à contrario sensu, dicit tunc in non sacris; & ita sentit in illiusmodi hoc officium non esse prohibendum Clericis minorum Ordinum quantum necque sint beneficiati; & cum Innoc. consentiunt Jo. Andr. n. 1. in ver. Sacra, Burr. eod. n. vers. Quid de clerico, & Anchar. in 1. not.

Sed Host. n. 1. vers. Ex his patet, tenet idem juris esse in Clericis minorum ordinum, dummodo sint competenter beneficiati, ad hoc c. 1. supra de postul. ubi Clericis minorum ordinum beneficiatis prohibetur officium postulandi; & ita secundum Host. hic vacat argumentum à contrario, simile in l. Conventualium, C. de Episc. & cler. & in cap. Clericis, supra eod. & hanc partem sequitur Abbas n. 7, qui ad hoc capitulum responderet, factos ordines hic accipi large pro omnibus ordinibus, qui indubitanter sunt sacri, ut notatur in summa 32. dist. Sed certe huic expositioni repugnat integra, quæ explicite loquitur de Subdiaconis, Diaconis, & Sacerdotibus, & hos appellat Clericos in sacris ordinibus constitutos. Idem firmant Summa Pitanelia in ver. 1. abello, n. 1. Albert. Trocius de vero, & perfectio clerico, lib. 2. c. 5. n. 9. inter tractatus communi, vol. 2. fol. 2. §. 5.

Ego verò, ut tegei supra in primo membro n. 25. existimo hanc prohibitionem extendi ad omnes Clericos etiam minorum ordinum, dummodo ex beneficio, vel patrimonio habeant unde commodè vivere possint. Moveor primò per textum in cap. V. officium, §. Ad conscribendas, de hereticis, lib. 6. ubi indulgetur Clericis etiam in sacris, ut in causa hæresis possint tabellionatus officium exercere. Pondera illam dictionem implicativam, etiam, quæ ostendit hujusmodi indultum fuisse concessum etiam Clericis minorum ordinum: ergo circumscripto indulto, id eis erat prohibitum; alioquin frustratorum fuisset concedere quod eis erat permillum à jure, arg. cap. Abbate, de verb. signis, & cap. in bu. de privit. item si speciale est favore fidei, ut Clerici in minoribus possint uti tabellionatu: ergo in aliis non possunt, prout arguit gloss. in d. §. Ad conscribendas, in ver. pramissa, ad idem text. in extravag. Debent, circa fin. de offic. Ordinar. ubi conceditur, ut in visitatione Cathedralis adhiberi possit Notarius clericus. Deinde moveor, quia hoc officium est publicum, sæculare, & vile, & sapit negotiationem, ut dixi supra n. 13. & seq. n. 23. ergo debet censeri interdictum omnibus clericis indistinctè, cap. Eos, 20. q. 3. quia nemo militans Deo, &c. cap. Reprehensibile, 23. q. 8. cum concordant. & quamvis necessitate cogente liceat eis exercere honestam negotiationem, cap. 1. supra eod. tamen hæc ratio necessitatis cessat quando congruam habent sustentationem, sive ex beneficio, sive ex patrimonio, ad hoc bon. text. in c. Episcopus, supra de Prab. ibi 3. Nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate subsidium vine possit habere: quod enim pro necessitate conceditur, ead. cessante, utique cessare debet, c. Quod pro necessitate, 1. q. 1. & hoc sentit Hostien. hic num. 1. vers. Secunda ratio, dum ait, exercitium ta-

28 bellionatus, cum hic genus negotiationis, interdicitum esse omnibus Clericis etiam in minoribus, dummodo beneficiis Ecclesiasticis sustententur, nec egeant: ergo secundum Host. qui non egeat, sed ex patrimonio sustentantur, minime possunt hoc officium exercere; quod etiam intellexit glossa hic, dum dixit hoc officium esse extraneum à Clericis, maxime beneficiatis: quasi dicat idem juris esse in illis, qui non ex beneficio, sed ex patrimonio vivunt; hoc idem censuit Archid. in cap. Multorum, n. 1. 27. quest. 2. dum ait, officium tabellionatus quamvis sit publicum, satis tamen esse congruum Clericis, ut ex eo sibi possint acquirere necessaria, cap. Clericus, 91. dist. & eum sequitur Burr. hic n. 5, quibus addo Jasonem in l. 1. §. Hujus studii, num. 8. in 7. limit. ff. de iust. & jure, ubi limitat conclusionem, quod Presbyteri, & Clerici non possint esse tabelliones, ut procedat quando aliunde habeat unde vivant, & sic non restringit se ad beneficium: imò paulò infra expressè ait, hoc habere locum, etiam non habeant aliquod beneficium Ecclesiasticum, & alios adducit. Non obstat hoc capitulum, quod dum loquitur de Clericis in sacris, & beneficia obtinentibus, à contrario sensu videtur fecus intellexisse de Clericis in minoribus non habentibus beneficia, secundum Innoc. & Jo. Andr.

Nam respondeo hanc prohibitionem fuisse factam Clericis in sacris, quia ipsi tantum in civitate illa exercebant officium tabellionatus, ut patet ex integra, ibi, Presbyteros, & Diaconos, & Subdiaconos, quos ibidem invenit passim tabellionatus officium exercentes; idque ob eam fortè rationem, quæ solis Clericis in sacris populi habebant hanc fidem, sicut Venetiis hanc ob causam soli Presbyteri olim rogabant instrumenta, ut dixi supra in 1. notab. & quia Clerici ad sacros ordines sine competenti titulo beneficii non promovebantur, cap. Cum secundum, supra de Prab. propterea Papa supposuit eos esse competenter beneficiatos, eisque iussit interdici tabellionatus officium per privationem beneficii. De Clericis autem minorum ordinum nihil cavet, quia talis abusus quo ad ipsos ibi non vigeat ob memoratam rationem; unde non sequitur, ut prohibendo de Clericis in sacris, & beneficia habentibus, contrarium intellexerit de Clericis in minoribus non beneficiatis; sed tantum sequitur, ut hic casus tanquam ommissus remanserit in dispositione antiquorum Canonum, secundum quos nulli clericorum non egeantur licebat negotiationem exercere, ut supra dixi: & ita verum est quod ait Hostien. hic vacare argumentum à contrario sensu: etenim hoc argumentum non sumitur quando illius contrarium reperitur in jure expressum, ut notat Joan. Andr. in cap. Publicatio, n. 8. supra de elec. quod diligenter nota, quia Doctores nostri non attingunt.

29 Extenditur conclusio superius firmata, ut locum habeat etiam in regularibus, qui dum essent in sæculo, tabellionatus officium habuerunt, nam nec eis licet illud exercere; tum quia rationes supra ponderate in prima quest. in Clericis secularibus quæ militat in regularibus; tum quia speciale est favore fidei, ut Monachus, qui in sæculo erat tabellio, possit in causa hæresis hoc officium exercere, cap. V. officium, §. Ad conscribendas, de heret. lib. 6. ergo in aliis casibus tabellio factus

30

31

32

Monachus non potest hoc officio uti; ad hoc extravag. Debent, circa medium, vers. Quos quidem monachos, de offic. Ordinar. & ita firmat gloss. in §. Ad conscribendas, in ver. Pramissa, Joan. Andr. hic num. 4. Burr. n. 5. Henric. Boich. n. 3. Cardin. n. 1. in 1. oppos. Calder. conf. 487. An Abb. possit, alia 2. num. 2. vers. Ad hoc etiam induco, de magistr. Alex. conf. 1. 33. Statutibus, n. 4. vers. Hæc probatur, lib. 7. Albert. Trocius de vero, & perfectio clerico, lib. 2. cap. 5. n. 9. & ita S. Congregatio Cardinalium Consilii Trid. Interpretum declaravit, Regulares non posse exercere officium tabellionatus.

31 Et posita hac decisione Prior monasterii de Thomar. Ordinis Cisterciensis habet privilegium à Sede Apostolica, ut duo Regulares Conventum spectantibus, & quæ inter eos, seu in eisdem Conventibus geruntur pro tempore, alium, seu alios illius, vel illorum loco perpetuò creare, eosque de notariatus, seu tabellionatus officio hujusmodi per penam, & calamare investire, recepto ab eis primitus juramento, quod officium ipsum bene, & legitime exerceant, libere, & licite valeant: quæritur an Concilium obiter, quominus hujusmodi Regulares dicti privilegii vigore tabellionatus officium exercent eo modo, quo in literis Apostolicis exprimitur, S. Congregatio censuit non obitare, acque hujusmodi privilegium nullo e jusdem Concilii Decreto revocatum esse.

32 Ceterum etiam tabellio factus Clericus, vel monachus extra prædictos casus non possit novas rogationes allumere, poterit tamen veteres complere, & authenticare, l. Alienationes ff. Familia hereditaria, l. 1. §. Casum, & §. Quamvis autem, ff. de postul. l. Non & servus, §. Servo Titio, ff. de negot. gest. ad idem cap. iudæi, l. primo, infra, de iudæis, & tenent Speculat. in rubr. de stat. Monach. vers. 27. gloss. in d. cap. V. officium, §. Ad conscribendas, in ver. Præmissa, de heret. lib. 6. Calder. loco citato, & Henr. hic num. 4. Navarr. comm. 2. de regular. num. 42. Covarr. præd. quæ. cap. 19. n. 8. vers. Monachus, Jal. in l. 1. §. Huius studii, n. 8. vers. Secundo limita ff. de iust. & jure.

33 Quarto QUÆRO, An valeant instrumenta à Clericis tabellionibus confecta.

34 Cum ex hac Decretali interdicendum sit Clericis tabellionatus officium: ergo antequam eis interdicitur, valebunt instrumenta, postea verò non: ita per hanc litteram arguit Innoc. hic in princ. quem sequuntur Abb. Antiqui, idem in princ. & Collectar. num. 1. Adam Bart. conf. 61. Fittus familiaris, numer. 1. lib. 1. & Jal. in d. l. 1. §. Huius studii, n. 2. vers. Limita antequam, ff. de iust. & jure, & potest esse ratio, cur post interdictionem non valeant, quia ex quo interdicitur officium, ergo & executio, arg. cap. Pastoralis, §. 1. de appellat. secundum Host. n. 8. in ver. Interdictus: alias interdictionem prætoris fore eluditorum, quod esse non debet, l. Si prætor, ff. de iudic. cap. Commissa, §. Perd, de elec. lib. 6.

35 Tu adverte; nam quoad primum membrum distinctionis cum Innoc. conveniunt omnes, ut scilicet ante interdictionem valeant instrumenta à Notariis Clericis confecta: idque procedit etiam in tabellio Clericis conficere instrumenta in temporalibus; nam etsi à talibus debeat oblinere, nihilominus fidem faceret, arg. eorum, que leg. & not. in cap. Per venerabilem, §. Rationibus, infra qui huiusmodi, §. Rationibus, secundum Host. hic n. 5. in fine, & n. 7. vers. & converso, Joan. Andr. n. 3. vers. Secus.

36 Tu adverte; nam quoad primum membrum distinctionis cum Innoc. conveniunt omnes, ut scilicet ante interdictionem valeant instrumenta à Notariis Clericis confecta: idque procedit etiam in tabellio Clericis conficere instrumenta in temporalibus; nam etsi à talibus debeat oblinere, nihilominus fidem faceret, arg. eorum, que leg. & not. in cap. Per venerabilem, §. Rationibus, infra qui huiusmodi, §. Rationibus, secundum Host. hic n. 5. in fine, & n. 7. vers. & converso, Joan. Andr. n. 3. vers. Secus.

set in instrumento, Burr. n. 4. vers. Secus dicitur. Anchar. n. 3. vers. Licet & converso, & Cardin. n. 8. in vlt. quæst. ubi asserit hoc esse sine dubio.

Verum quoad secundum distinctionis membrum, videlicet post interdictionem, quidam distinxerunt an hæc prohibitio perveniret ad notarium contrahentium, & tunc instrumenta non valeant alioquin excuset probabilis ignorantia; & quamvis tabellio indignè conficiat instrumenta quantum ad se, non tamen quantum ad alios, qui ignorant: ad hoc cap. 1. & 2. supra de ordinat. ab Episc. & cap. ult. de cohabit. Clericor. & mulier. Sed alii, ut Host. hic n. 8. circa fin. vers. Tu dicit, Jo. Andr. num. 1. vers. Tu dicit indistinctè Boich. in princ. Burr. n. 2. vers. Joan. Andr. dicit, & Cardin. n. 5. tenent indistinctè instrumenta valere live ante, sive post interdictionem confecta fuerint, licet conscientiam post interdictionem privati possit beneficii: nam hæc sola pena hic imponitur: ergo aliam invenire non debet, l. At si quis, §. Generaliter, ff. de relig. & sumpt. funer. l. 2. §. Non perpetua ff. de sepulchr. violat. sed potius impolitam mollire c. in panis, de reg. ur. lib. 6.

37 Mihi placet distinctio, quam hic ponunt Petr. de Anchar. n. 6. & 7. & Abb. n. 1. & ante eos Speculat. in tit. de instrument. edit. §. Restat, n. 29. & sequuntur Rosella in ver. Tabellio, n. 7. Sylvest. in eod. ver. q. 3. dist. 5. & alii, quos refert, & approbat Covarr. præd. quæst. cap. 19. n. 8. vers. Quod si sacerdos, videlicet, Aut publicè, & per edita solemniter publicata interdictionem est Clericus non possint instrumenta conficere inter laicos, ita ut hujusmodi prohibitio cunctis innovetur: & tunc non valent instrumenta postea celebrata; sicut non valent contractus iniiti cum prodigo post iudicis interdictionem, ut l. Is cui bonus, ff. de ver. obligat. nec tenent gesta ratione publici officii post interdictionem superioris, ut in cap. Veritatis, & in cap. fin. de dol. & contum; & notat Innoc. in cap. Raynaldus, de testam. neque enim potest allegari tolerantia; ex quo publicè emanavit prohibitio, ut in cap. Apostolica, & cap. Illud, de clericor. ex comm. minist. & in cap. 2. de Confit. lib. 6. & in cap. Quod dicit, 16. distinct. Nec obstat si dicas hanc prohibitionem hodie omnibus fact. esse in hac Decretali: quoniam verè hic nulla sit prohibitio, sed jubet ut fieri per superiorem: magis autem alicui interdictionem iudicis, quam legis, & antequam à iudice interdictionem fiat, Clericus videtur tolerari in officio tabellionatus: unde valere debent gesta rationis publici officii, ut de Decurionibus, & Advocatis hoc officium exercentibus notat Barthol. in l. V. universos, n. 2. C. de Decurion. lib. 10. In autem interdictionem non fuerit palam, & publicè factum; tunc tenet quidem interdictionem in præiudicium Clerici, cui factum est, ita ut propterea beneficio privati possit, ut hic; sed non quoad partes ignorantes: unde respectu ipsarum tenebunt gesta ratione publici officii, ut in iuribus præallegatis. Non obstat, quod conscientiam instrumenta contra interdictionem, puniatur hic sola pena subractionis beneficii, & aliam invenire non liceat, acin contrario: quoniam ut respondet Anchar. pena appositio alicui à jure prohibito non confirmat actum contra prohibitionem attentatum, ut plene nota Bart. in l. Sit prætor, n. 3. ff. de nov. oper. nunciat. & Doctores in l. Non dubium, C. de l. gib. & annullatio instrumenti propter carentiam fidei non concernit ipsum Clericum tabellionem, sed partes, quibus prohibitio facta est.

38

39

40

41

